



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Afflictat corpusculum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Dolorem puer  
habuit ma-  
num piam.*

uinus Architectus, & opifex sibi formabat ad manam nominis sui commendationem & gloriam, ita puero materiem, atque naturam omnium capacem ornamentorum indidit; & idoneam mox addidit disciplinam. Planè sortitum diceret animam bonam. Elucebat in tenella ætate ingenua modestia, hilaritas verecunda; matura tranquillitas, & quædam præcox gratia pietatis. Nam sæpe interdiu noctuque abditum deprehendere in latebra, ac secessu aliquo domus precibus habendis intētum. Sæpe etiam tenerum corpusculum cilicinis vestibus diuexauit, uno Dei spiritu agente, mortalis nullius monitu: ultro inferens arma doméstico hosti, prædomans que nec dum validum, quo mox rebellare molientem sub iugo, ut assuetum, procluius cohíberet. Quin etiam fuit, cum diebus, quos ante Cineres vulgus intemperantiae operatos habet, assidens mensæ inter domésticos à vino sibi abstinentiam indiceret, reputans secum quām grauiter Maiestas æterna temporis eius in gluuie offenderetur à multis, qui indignissimè sibi ventrem quasi pro Deo constituerent. Igitur iam tum peccatis hominum incitatam placare Numinis irā incipiebat; & consuece-

*Afflictat cor-  
pusculum.*

suescebat aduersus prauos multitudinis ire mo-  
res. Ludicra eius, & oblectamenta Templa erant,  
& diuinæ res: inter æquales Sacerdotis personam  
frequenter agere, imitari psallentes, sacrificantes,  
precantes; & interdum ad circumfusam puer-  
rum coronam concionabundus dicere: iucundis-  
simè autem ipsis ministrare sacerdotibus, dum sa-  
cris operarentur; & aliis interesse, operamque præ-  
bere diuini cultus officiis.

Sanctus Domini timor (vt Sapiens de fideli- *Eccles. t.*  
bus ait) concreatus ei materno invtero videbatur,  
& quasi cœlestis Pædagogus, à Patre cœlesti addi-  
tus. Tale enim initium tantæ sapientiæ congrue-  
bat. Iam tum puer diuina lux oculos aperuit, vt  
præuidere inciperet vndique obiectos humanæ *peccatorum*  
vitæ laqueos venantium, & quām pauci eos effu-  
giant, singulari enim uero munere. Nam fermè  
imbecilla ætas (quæ naturæ deprauatio est) ante  
miserè capit, quām satis dispicere, ac formidare  
laqueos norit, nedum declinare laboret. Petrus  
autem ita vndique deprehensum se quasi agnum  
voraces inter lupos considerans, salubri pauore ta-  
etus, sibiq; diffidens, magno ardore ad Deum con-  
fugiebat, vt suam ille adiutricem manum porrige-  
*præuidet*  
*pericula.*

B 3 ret.